quam deciſionem habetis etiam per io. fa. hic circa. vj. colū. in
verſi. ſed quid erit ſi quis filio emācipato. ¶ Glo. in verbo poſ-
ſeſſis. ad fi. dicite ꝙ vltimam expoſitionē tenēt oēs hic ex qua 66
habetis † ꝙ ad hoc vt creditores poſſint agere reuocatoria cō
tra illos in quos ſunt bona alienata. requiritur ꝙ primo ege-
rint contra debitorem qui alienauit et fecerint ſe mitti in poſ-
ſeſſionem bonorum eius. quo caſu ſi poſtea repererit ꝙ bona
illa non ſufficiant poſſunt habere regreſſum aduerſus eos in
quos facta eſt alienatio. et ſic habetis ꝙ nō poteſt agi reuoca-
toria niſi prius p̄cedat excuſſio ⁊ cōſequēter † ꝙ excuſſio ſit ne 67
ceſſaria [a] pro qua concluſione bene facit tex. in. l. i. in verbo bo- a
nis eius excuſſis. ⁊ in. l. pe. C. q̄ in frau. cre. pro ea etiā facit viua
ratio vt inquit bal. in. d. l. i. nā ad hoc vt poſſit agi reuocatoria
requiritur ꝙ creditores ſint damnificati ſed non pōt conſtare
eos damnificatos niſi excutiantur bona. vnde nimirū ſi excuſ
ſio eſt neceſſaria quā rationem ponit etiam Nico. de nea. in. v.
q. extra glo. ⁊ Ang. de are. in. vi. col. Addite vos idem eſſe in in
terdicto fraudatorio de quo dixi illud declarando ſupra. in. ij.
euidētiali. nā interdictū illud fraudatorium nō pōt intētari ni
ſi prius excuſſis bonis eiꝰ qui alienauit vt eſt tex. in. l. i. quē ibi
no. bar. circa fi. C. ſi ex vē. pig. aga. Addo etiā ꝙ iſta excuſſio ēſt
neceſſaria nedū ɔtra debitorē priuati. ſꝫ ēt ɔtra debitorē ciuita

a ¶ Sit neceſſaria. qn̄ aūt neceſſaria ſit excuſſio. vide do. mari. ſozi. in cōſi. xxiiij. in cip. viſis. ꝟ. iiij. videtur ꝓbari cū. ꝟ. ſe. in. i. pte. ⁊ q̄d qn̄ agit̄ ɔtra tertios poſſeſſores an ſit neceſ-



tis. ſꝫ cū in ciuitate ſit ſpāle vt poſſit agere ɔtra eū qui rem de
bitoris eius habuit ti. oneroſo etiā ſine fraudis participatiōe
vt dixi ſupra in glo. i. magna circa prin. tn̄ nō pōt agere niſi pri
us excuſſo debitore principali. tex. eſt et ibi bar. in. l. ij. C. de de-
bi. ciui. li. xi. ¶ Addo etiā ꝙ circa iſtud beneficium excuſſionis
a iure neceſſario requiſitum nō eſt magis priuilegiatus fiſcus
ꝗ̄ priuatus. tex. eſt in. l. moſchis in prin. ff. de iure fiſci. quē ſic
allegat bal. in. l. cū eoꝝ. C. de ſen. et interlo. om. iu. ¶ Addo etiā
ꝙ eſt dare caſum vnū valde ſingularem et mirabilē in quo non
poteſt agi rei vendicatione niſi facta prius excuſſione. de hoc
caſu eſt vnicus et ſingularis tex. in iure in auten. contra roga-
tus. C. ad treb. in verbo aut ea deficiente. et ita ibi bal. poſt p̄n.
notat et ponderat ad hoc illū tex. nā ſi heres grauatus ſit reſti
tuere hereditatē ticio eo caſu quo deceſſerit ſine liberis ſi iſte
heres aliqua bona alienauerit competit fideicommiſ. rei ven-
dicatio. ſed dicit ibi tex. ꝙ non cōpetit niſi prius facta excuſſio
ne de bonis heredis. ⁊ dicit ibi Bald. hoc eſſe in illo tex. ius ſin
gulare et ꝙ nunq̄ꝫ alibi inuenietis in iure ꝙ in reivendi. neceſ
ſaria ſit excuſſio. ¶ Addo etiam ad hoc bene et diligenter ad-
uertite ꝙ excuſſio intantum eſt neceſſaria ꝙ requiritur etiā qn̄
bona ſunt alienata a tertio penitus extraneo non habente ali
quod penitus ius alienandi nedū ſi ſit facta ab habente ius. ⁊
conſequenter procedit etiā ſi poſſeſſor habet titulū etiā omni-
no inualidū ab extraneo non habente aliquod ius alienandi.
glo. habetis de hoc in terminis ſumme notabilem iuncto tex.
in. l. rei creditor. C. de deſtr. pig. et ibi eam notat Bald. qꝺ ēt teti
git glo. in auc. hoc ſi debitor. i glo. i. magna circa p̄nc. C. de pig.
Non omitto tn̄ circa cōcluſionē ſupra prixi. dictā q̄ habet ꝙ ex
cuſſio ſit neceſſaria. qꝛ glo. in dicta. l. i. in ꝟbo excuſſis. C. de his
que in frau. cred. dicebat iſtud eſſe nō ex neceſſitate ſed ex volū
tate. que glo. ⁊ merito per oēs reprehenditur p iura ſup allega
ta et licet Bart. ſaluet illā glo. in duobus caſibus qui non ſunt
ad propoſitū noſtrū. poterit tamen etiam ſaluari in oibus illis
fallentijs quas infra ſubijciam in quibus excuſſio non eſt ne-
ceſſaria. Glo. etiam in dicta. l. refert quandā opi. Azo. q̄ diſtin
guendo dicebat ꝙ aut creditores fraudātur dolo ipſius acq̇rē
tis. ⁊ ſic eius in quem facta eſt alienatio. ⁊ tūc poſſit de directo
contra eū agi nulla facta excuſſione. alꝭ ſecꝰ Refert etiā quoſ-
dā tenere ꝙ auc. hoc ſi debitor. C. de pigno. q̄ requirit excuſſio
nem procedat tantum in hypotecaria. non autē in actionibꝰ re
uocatorijs. de q̄bus in materia noſtra. que oēs opiniones re-
prehenduntur per doct. ibi ⁊ in ſpē per Jo. fab. hic circa. vi. col.
p iura ſupra allegata. ſupraſcripta tamē cōmunis ⁊ vera cōclu
ſio ſcꝫ ꝙ excuſſio ſit neceſſaria recepit nonnullas notabiles li-
mitatiōes quaꝝ aliquas ponit hic ſparſim ⁊ inordinate Ange.

ſaria ⁊ requiratur cōtra principalē ſicut qn̄ debeat agi cōtra fideiuſſorē. vide do. ale. de imo. i ɔſi. cxxxvi. in. ij. col. in. ij. pte ⁊ an fieri debeat ꝺ bōis ſitis extra locū iudicij vide p eū i ɔſi. lxxxiiij. i pe. et vl. colū. in ij. parte vbi ponit etiā q̄ req̇rant̄ ad hoc vt poſſit pueiri ad fideiuſſorē ⁊ an ſit neceſſaria ⁊ req̇ratur vbi obligatō bonoꝝ fuit facta p inſtrumētum guarētigiatū vel per inſtrumētū publicū ꝙ licebat executionē paratam vide do. mar. ſozi. in. d. cōſil. xxiiij. i ꝟ. ⁊ tn̄ ſi nō op. circa mediū

Universidad del Rosario Archivo Histórico

de are. primo ergo limitatur per omnes hic vt Ioã. fabr. An-
ge. de are. Nico. de neapo. in .v. q. extra glo. † vt nõ procedat 68
quãdo notorie conſtaret debitorem nõ eſſe ſoluendo. quia tũc
cõtra poſſeſſores poſſet agi nulla facta excuſſione. [a] allegant a
glo. no. in. l. decem. in glo. fina. in verbo excuſſum. ff. de verbo-
rũ obli. ⁊ glo. in. l. fina. in verbo ſed cum ſcio egero. ff. ſi cert. pe-
ta. allegat etiam Nico. ad hoc Spec. in tit. de reb. ec. nõ alienã.
in quarta parte. Addo ꝙ hoc ſentit glo. in. l. niſi hoc actũ ⁊ ibi
ange. ff. de pac. ⁊ idem etiam voluit Cy. in auc. preſente. in. ij. q.
C. de fideiuſ. ⁊ Bart. in. l. iij. §. ſi is pro quo ad fi. ff. quod quiſq3
iuris. ⁊ Bal. in. l. i. in. ij. colum. in verſi. quero vtrũ iſta excuſſio
C. que in frau. pa. ⁊ in. l. i. in. ij. q. C. ſi quid in frau. pa. ⁊ in. l. i. in
quarta al's in. viij. colũ. C. de co nueniendis fiſci debito. lib. x.
et Ange. in. d. §. ſed neq3. i auc. de fideiuſ. ⁊ idem Ange. i. l. exi-
tus. ff. de acqui. poſ. ⁊ in. l. ij. in pñ. ff. qui ſatiſda. cog. ⁊ Ang. ⁊
Imo. in. d. l. decem. quis contrariũ ⁊ male teneat Iac. bu. in. d
auſ. hoc ſi debitor. C. de pigno. ad cuius iura reſpondet imo. in
d. l. decẽ. ¶ † Et per hanc limitationem dicebat bar. in. d. l. de-
cem. poſt prin. ⁊ in. d. l. fi. ſe al's habuiſſe queſtionem i marchia
de eo qui fideiuſſerat pro quodam tyranno rebelli eccleſie ⁊ di-
cit ſe dixiſſe ꝙ fideiuſſor poterat conueniri non excuſſo illo pri-
cipali tyranno. ex quo erat notoriũ illũ tyrannũ non eſſe facilẽ
ad conueniẽdum. ex quo dicto Bar. ſucceſſiue inferebãt Ang.
et Imo. ⁊ Ra. cu. in. d. l. decẽ. ſm qð eos refert ang. de are. hic
vnũ qð eſt ꝑpetuũ no. digniſſimũ. qð ſi ꝯſtat pñcipalẽ eſſe rixo-
ſum ⁊ cõſuetũ nõ ſoluere ẽt verũ ⁊ clarũ debitorem ſine litigio
ꝙ poterit creditor agere ꝯtra fideiuſſorem nulla facta excuſ-
ſione. quia ſatis dici poteſt principalẽ non eſſe ſoluẽdo. ex quo
dr quis idoneus nõ tm̃ ex facultatibus ſed etiam ex cõueniẽ-
di facilitate. Dixit tex. no. in. l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichum. §.
fi. ff. de ver. ob. ⁊ tex. no. in. l. ij. in prin. ff. qui ſatiſda. cog. et ibi
gl. i. notabiliter declarat ⁊ exẽplificat. ⁊ ibidẽ bart. expreſſe di-
cit de notario ⁊ procuratore qñ eſſet multũ rixoſus homo † de 69
quo rixoſo habetis etiam glo. in. l. ij. in prin. in verbo ſuſpectũ
ff. ſol. ma. facit. l. i. §. fi. cum. l. ſeq. ff. de alie. iudi mu. cauſa fac.
et pro hoc dicto dicit Ang. de are. hic ſe allegare caſum in. l. ſi
conueniri in fi. ff. pro ſocio. qui michi facit minus nihilo. ad-
do ꝙ illud idem reaſſumpſit Ang. in. l. fi. in prin. ff. ſi cer. pe. et
in. d. l. ij. in fi. ff. qui ſatiſd. cog. ¶ Et iuxta hãc primã limitatio-
nẽ ſucceſſiue q̃rebat ang. de are. hic † qualr̃ fiet notoriũ iudici 70
debitorẽ nõ eſſe ſoluẽdo. ⁊ refert bar. i. d. l. decem. ꝙ i locis i qui-
bꝰ bona deſcribũtur i publico eſtimo. facile eſt probare ꝙ debi-
tor notorie nõ eſt ſoluẽdo. Creditor eñi offert librũ eſtimi publi-
ci ⁊ dicet tot bona habere debitorẽ quot ibi ſunt deſcripta q̃ nõ
ſufficiũt ſi quis vult dicere ꝙ plura habeat illud ꝓbet. allegat

[a] ¶ Excuſſione i q̃bus aũti caſibꝰ fideiuſſor cõueniri poſſit nõ fcã excuſſione. vide frã. are. in. l. ſi ego. ff. ſi cer. pe. et qð ibidẽ dixi in apo. ⁊ q̃d qñ q̃s tenetur i ſubſidiũ alterꝰ eo exñte nõ ſoluendo an poſſit prius ꝯueniri niſi fiat excuſſio bonorum eiꝰ i cuiusſubſidiũ tenet̃ dic ꝙ non niſi aliqua iuſta de cauſa notorie iexigibilis appareat vt p. d. bart. fori. in cõſil. lv. ici. pſtantiſſime doc. in b. ij. pñcipaliter circa fi. in. i. parte



ad hoc gl. illam ſingularem i. l. cũ de lege. ff. de probati. ⁊ p illã
gl. bar. in infinitis locis dicit poſſe capi mirabilẽ modũ negati-
ue probãde. ⁊ vltra modum de quo ſtatim dicit bar. in. l. fi. §. li-
centia. C. de iure delib. ꝙ ibi eſt tex. no. ⁊ expreſſꝰ ꝓ illa benedi-
71 cta gl. in. d. l. cũ de lege. † vbi ſi heres vult probare hanc nega-
tiuã bona hereditatis nõ eſſe ſoluẽdo probat faciliter per hũc
modũ. dico tot bona eſſe in hereditate ⁊ nõ plura quot in inuẽ-
tario deſcripta ſunt. qui vult dicere ꝙ plura ſunt probet p illã
gl. ⁊ bar. in. l. is põt. in pe. fallentia. ff. de acqui. here. dat ſimilẽ
72 modũ probandi hanc negatiuam † defunctum non feciſſe te-
ſtamentũ hoc mõ. Dico ꝙ ticius defunctus non fecit teſtamẽ-
tũ ꝙ qui vult dicere ꝙ fecerit teſtamentũ ꝓbet. Similẽ modũ
dat bar. i. l. ſi cõſtante. in pri. ff. ſol. ma. in. i. q. prime patris pñ-
73 cipalis ad probandũ † ꝙ bona mariti nõ ſufficiũt ꝓ dote vxo-
ris. Et ſimilem modũ in. l. conficiuntur. §. codicilli. i fi. ff. de iu-
re codicil. Ad ꝓbandũ plures teſtes nõ eſſe receptos i iure et
aliũ modũ in rubrica. ff. de no. oper. nun. in vlti. col. ad ꝓbãdũ
ꝙ ſtatutũ non eſt prius. Et alium modum dant Ange. ⁊ imol.
74 in. l. mutũ. §. i. ff. de acqui. here. † ad probandũ nullos credito-
res eſſe i hereditate. ⁊ oẽs iſti modi fundant̃ ſup illa gl. in. d. l.
cũ de lege. ff. de ꝓba. ⁊ pro illo principali modo bar. quẽ ponit
in. d. l. decẽ. alle. ibidem bal. in. l. i. C. de apo. pub. li. x. ⁊. l. iura. ⁊
qð ibi not. bar. C. de omni agro deſer. li. xi. ⁊. l. ſolennibus. C. de
rei ven. ⁊ ibi bal. ⁊ Saly. Iſtud tñ dictũ bar. in. d. l. decẽ. funda-
tũ ſuper gl. in. d. l. cum de lege. reprehenditur per Bal. Ang. et
Imo. ⁊ Raph. cu. i. d. l. decẽ ſm ꝙ eos refert Ang. de are. hic ꝓ
ſuſtentatione tñ bar. ⁊ illiꝰ ſingularis gl. in. d. l. cum de lege. vi-
deatis oĩno io. de imo. late i. d. l. ſi. cõſtante. in pri. ⁊ in. d. l. illð.
⁊ in. d. rub. ff. de no. ope. nũ. et Pau. de ca. in. l. meuia. §. fi. ff. ſo.
75 ma. ⁊ Ang. de are. hic. ⁊ ſ3 ꝙ refert Ang. de are. † poterit aliĳs
modis ꝓbari ꝙ notorie debitor nõ ſit ſoluẽdo ſi oĩa bõa aliena-
uit aut maiorẽ partẽ. ſi ceſſit bonis ſi bona ſunt publicata per
ſententiã vt hic per eũ. Dicebat etiã bar. in. l. i. C. de his que in
frau. cre. ꝓbari debitorem nõ eſſe ſoluendo per famam ⁊ vici-
nos ⁊ aliũ ſingulariſſimum modum ponam vobis. ſ. in eadem
76 q. qualiter fiẽda ſit excuſſio. ¶ † Scðo pricipaliter limitat̃ p-
dicta cõis cõcluſio ⁊ multũ ſingulariter vt ꝓcedat qñ eſſet de-
bitor in quãtitate. ſecus aũt ſi eſſet debitor in ſpecie vt ſi aliq̃s
deberet puta librum in ſpecie. et illũ alienaret in fraudem cre.
poſſet creditor agere ad reuocandũ cõtra eum i quẽ alienauit
nulla penitus excuſſione facta q2 qð debetur eſt ſpecies. i ipſa
ergo non eſt opus excuſſiõe. iſtud eſt qð multũ ſingulariter vo-
luit bal. in rub. C. de reuocandis his q̃ in frau. cre. circa mediũ
i. col. in ver. ⁊ no. ꝙ iſta actio ⁊ credo ꝙ iſtud dictũ alibi ſcriptũ
77 in iure non inuenietis. ¶ † Tertio limitat̃ predicta cõcluſio

Universidad del Rosario Archivo Histórico

vt nõ ꝓcedat qñ debitoꝛ cõſtituet ſe poſſidere bona ſua nomi=
ne creditoꝝ [a] iuxta legẽ qđ meo. in pꝛin. ff. de acqui. poſ. vł ꝯſti
tuiſſet ſe pꝛecario poſſidere noĩe creditoꝝ iuxta. l. interdum. in
eo. ti. ff. de acq̃. poſ. quib⁹ caſibus attẽdite diligenter ꝙ ꝑ tales
cõſtitutiones acquiritur ipſis creditoꝛibus vera ⁊ ꝓpꝛia poſ=
ſeſſio ⁊ nõ ficta. caſus eſt no. in. l. certe. §. i. ff. de pꝛeca. per quez
tex. ita dixit in terminis bar. in. l. ab emptione, ad fi. ff. de pact.
qđ dictum pꝛo notabili reaſſumpſit bal. in. c. item inueſtitura.
de bonis feudoꝛuz. Si ergo hoc caſu debitoꝛ poſtea alienaret
bona poſſent creditoꝛes tanꝗ̃ pꝛiuati eoꝛum poſſeſſione age=
re ad reuocandã poſſeſſionẽ hoꝛum bonoꝛum. nulla facta ex=
cuſſione per cõditionẽ eius fi. C. de acqui. poſ. iſtud fuit ſingu=
lare dictum Jac. bu. in. d. auť. hoc ſi debitoꝛ. C. de pigno. quod
ibidem ſequiť Flo. ſm ꝙ eos refert Ang. de are. hic ⁊ dixit hoc
ſingulariter eſſe tenẽdũ menti in actu pꝛactico. qꝛ cõiter debi=
toꝛes conſtituunt ſe poſſidere noĩe creditoꝛum bona ſua ad ob
ſeruantiam eoꝝ que in inſtrumẽto cõtinenť. ⁊ idẽ etiã dicit te
nere. Ang. Jmo. ⁊ Ra. cu. in. l. exitus. ff. de acqu. poſ. ego addo
bal. qui idem in terminis tenet in. l. i. in vlti. col. in verſi. quero
quid ſi debitoꝛ conſtituit. C. de reuo. his que in frau. cre. barto
lomeum veronenſẽ in cautela. lviij. Ang. in. l. ait pꝛetoꝛ. §. fi. ff.
de his que in frau. cre. bal. in. c. cũ veniſſent. de reſti. ſpo. ⁊ not.
Lod. ro. in conſi. clxxxix. incipi. ſtãte pꝛimo queſito ad fi. vbi il=
lud ſingulariter libertatis pꝛecariũ eſſet extinctũ per moꝛtem
debitoꝛis conſtituentis. et ex hoc dicto puto ego poſſe inferri
aliud qđ eſt longe ſingularius nedũ ad limitationẽ ſupꝛaſcri=
pte concluſionis ſed totius materie. §. noſtri. qꝛ ſi debitoꝛ con
ſtituit ſe poſſidere noĩe creditoꝝ qđ caſu ſi debitoꝛ alienet etiã
aio non fraudandi poterũt nihilominus creditoꝛes tanꝗ̃ ſpo
liati eoꝝ poſſeſſione agere ad reuocandam eoꝛum poſſeſſionẽ
per conditionem ex. d. l. fi. C. de acqui. poſ. qđ dictũ nõ memini
78 alibi ĩ terminis ſcriptũ me legiſſe. ¶ † Quarto limitatur pꝛe
dicta concluſio. vt non pꝛocedat in curia mercatoꝝ. nã ĩ curia
mercatoꝝ pꝛocedi debet ⁊ iudicari de bona equitate nõ inſpe=
ctis iuris apicib⁹ [b] ſm qđ no. dixit Bar. in. d. l. fi. fideiuſſoꝛ. §. q̃
dã. ff. mãdati. itelligẽdo tñ ſane vt ibi ꝑ eũ. ⁊ idẽ etiã dixit bar.
in. l. quint⁹ mutius. ĩ eo. ti. ff. mãdati. ⁊ notabiliter bal. in. l. ſi ꝓ
ea. in vlti. col. C. mãdati. cũ ergo excuſſio ſit de iuris apicib⁹ ꝓ
ut ſingulꝛ voluit bal. in. l. ſi mãcipiũ. §. i. ff. de euictio. ĩ apoſtil.
ſuis poſt gl. valde no. ibi in verbo eſſet. alio tñ caſu loquentẽ. ⁊
ita refert bal. in illis apoſtil. Ang. de are. hic in. xiij. co. ergo be
ne illud ſequitur ꝙ in curia mercatoꝝ nõ pꝛocederet excuſſio.
Et ex iſta rõne infero ego aliã ⁊ quintam limitationẽ. quã nũ=
ꝗ̃ memini me in ſcriptis alicubi legiſſe. ꝙ iſta excuſſio nõ pꝛo
cedit de iure canonico. cũ de iure canonico nõ ſint curãdi api=

[a] ¶ Creditorum. vide do. Alex. ſimo ad hoc ĩ ꝯſi. cxxxvi. in. ij. col. in. ij. ꝑte

[b] ¶ Apicibus. et idẽ dic nõ eſſe neceſſarium ſi ex foꝛma ſtatuti ſit ꝙ ꝓceſſi debeat ſũmarie de plano ſñ ſtrepitu et figura iudicij. ita do. mari. foꝛ. ĩ ꝯſ. xxxiiij incipi. viſis ꝶ. inſuper in ĩ. parte.



ces iuris ciuilis. c. dilecti. cũ gl. in ver. ſubtiliter ad fi. extra de
iudi. ⁊ ſi hoc eſt verũ eſt maxima limitatio et multũ ſignanda.
79 quã tamen non audeo vobis verã affirmare. ¶ † Sexto ego
limito pꝛedictam cõcluſionem. vt non pꝛocedat qñ illi poſſeſſo
res bonoꝝ in quos facta eſt alienatio per debitoꝛem cõuenti
a creditoꝛibus negarẽt ſe bona debitoꝛis habuiſſe. vel illa ha
bere ⁊ poſſidere. quo caſu ſi cõuincantur de mẽdacio credo ꝙ
perdent beneficiũ excuſſionis. iſtud etiã nõ memini me alicu=
bi in ꝓpꝛijs terminis ſcriptum legiſſe. Pꝛobo tamen ꝙ ſit ve=
riſſimum per optima ſimilia iura ⁊ in pꝛimis ꝑ tex. no. i. l. ſi du
bitetur. §. ita demũ. ff. de fideiuſ. vbi eſt tex. no. ꝙ fideiuſſoꝛ cõ
uentus ſi negat ſe fideiuſſoꝛem. ⁊ conuincatur de mendacio ꝑ
dit beneficium diuiſionis ⁊ epiſtole diui adriani. Et per illum
tex. dixit notabiliter Bal. in auc. contra qui pꝛopꝛiam in. iij. co
lum. C. de nõ nume. pecu. ꝙ negans ſe fideiuſſoꝛem conuictus
de mendacio perdit beneficiũ ceſſionis actionum. ⁊ beneficiũ
excuſſionis ad idẽ allego tex. no. in. l. hereditatem. §. fi. ff. ad. l.
fal. vbi ſi heres cõtendat rem aliquã eſſe pꝛopꝛiã. ⁊ conuincať
de mẽdacio ꝙ ſi ſit hereditaria perdit beneficiũ falcidie detra=
hende. ad idẽ eſt tex. nota. i. l. fi. ff. de rei ven. ad idẽ eſt tex. not.
in. c. ſi vaſallus. el pꝛimo. ſi. de feu. fue. cõtro. inter dominũ et
agna. de iſtis duabus vltimis legibus dixi multa in. §. oim in
materia rei vẽdi, ſupꝛa, e. vbi dedi ad iſtos tex. nõnullas ſingu
lares limitationes et declarationes. quas poteſtis ad iſtud ꝓ
poſitum reducere. ad idem allego tex. no. in. d. auc. contra qui
pꝛopꝛiam. per quẽ tex. dubitauit ibi nota. Bar. ſi accuſatus de
maleficio neget ſe illud commiſiſſe. an conuictus de mẽdacio
debeat poſtea audiri. ſi dicat ſe cõmiſiſſe. ſed ad ſui defenſionẽ
de quo ibi per eum. ⁊ ꝑ eũdem. in. l. cum de indebito. in pꝛin. ff.
de pꝛoba. ⁊ late per Jo. an. in regula nullus pluribus in mer=
curialibus. ⁊ illum tex. in. d. auct. contra qui pꝛopꝛiã ponderat
ibi Saly. in notabilibus cõtra mẽdaces ꝙ ibi eſt tex. ꝙ vna de
penis que imponitur mendaci eſt ꝙ ſibi poſtea non credať ve
ritas. Et ꝓſuppoſito ꝙ iſta limitatio eſt vera. ꝓut ego eã cre=
do eſſe veriſſimam. Dicerẽ tamen ꝙ negans recuperaret bñfi
cium excuſſionis amiſſum. ſi illum penituit negationis ſue an
te litem conteſtatam per tex. no. i. l. electio, §. neq̃. ⁊ ibi hoc no.
bal. ff. de noxa. ⁊ Ang. ⁊ Jmo. in. l. ſed hoc ita. §. i. ff. de reg. iur.
⁊ Ang. in. d. l. ſi dubitetur. §. ita demum. Dicerem etiam ꝙ iſte
negans recuperaret beneficium excuſſionis amiſſum ſi illum
peniteret negationis etiam poſt litem cont. anteꝗ̃ tamen con
trariũ pꝛobatum eſſet per aduerſarium per tex. no. in. l. de eta=
te. §. fi. ⁊ ibi not. hoc bal. ff. de iter. act. ⁊ bal. in. c. i. §. poꝛro. ĩ pe.
80 co. q̃ fuit ꝑmã cauſa benefi. amit. in vſi. feu. ¶ † Septimo ego
limito ꝑdictã ꝯcluſionẽ ⁊ mľtũ ſinglꝛ. ⁊ hãc limitationẽ nõ ha

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

betis hic traditā. nec in locis cōibus. vt pdicta cōis cōcluſio
ꝓcedat qñ alienatio eſſet facta i tertiū ſecus autē ſi eſſet facta
in vnū ꝯdebitorē ſiue correū debendi. qꝛ tunc poſſet contra eū
agi per debitores nulla penitus excuſſione facta. de hoc habe
tis glo. valde no. ⁊ perpetuo no. dignam in. l. mulier. in gl. i. ff.
qui po. i pig. ha. quam gl. bar. ibi expreſſe no. ⁊ multū mandat
notari. ⁊ idem etiam tenet bar. in. l. creditor. §. fi. ff. de diſtract.
pig. ⁊ bald. in auē. ſed hodie. C. de act. ⁊ ob. ¶ † Ultimo limita 81
tur predicta cōis cōcluſio vt procedat qñ fuit oppoſitū [a] de ex
cuſſione al's aūt ſi nō opponatur valeat iudiciū intentatū ꝯtra
poſſeſſores bonorum. ⁊ valet ſnia ꝯtuis nulla facta ſit excuſſio
ita no. dixit bar. in. l. ij. C. communi. di. per gl. ibi in verbo reſti
tui. quam bar. multum mandat ad hoc bene teneri menti. ⁊ p
gl. no. in. l. ſi mancipiū. §. fi. in verbo eſſet. ff. de euic. ⁊ ibidē etiā
hoc tenet bar. ⁊ reputat mirabile. ad idem. l. i. quam ad hoc ibi
etiam no. bar. C. de appel. ⁊ bar. in. l. fi. in pri. in vltimis verbis.
ff. ſi cer. peta. et bar. poſt Ja. bu. in auē. hac ſi debitor. in vlti. q.
C. de pig. idē bar. in. l. prolatam. in prin. C. de ſen. ⁊ interlo. om.
iu. ⁊ in iſtis locis bar. dat notabilem et magiſtralem regulam
ꝙ vbicūqꝫ fit peruerſio vnius cauſe ad ſeipſam. tunc ipſo iure
actus eſt nullus. ⁊ ſententia eſt ipſo iure nulla. ſi vō fiat puer
ſio vnius cauſe non ad ſeipſam ſed ad aliam tunc actus nō eſt
nullus immo valet ⁊ etiā ipſa ſententia valet ⁊ tenet. Quam re
gulam limitat ſingulariter bal. in. d. l. prolatam. in. ij. colū. niſi
iſte ordo eſſet datus a principe qꝛ tunc omnino eſſet ſeruandꝰ
vt ibi per eū. ad predicta bene faciunt que no. bar. in. l. edita. C
de edendo. in ver. quero ſi nō eſt oppoſita. ⁊ bart. in. l. fundum.
ad fi. ff. de excep. ti. generali. ⁊ idem ꝙ. s. ſ. ꝙ teneat iudiciū nō
oppoſita excuſſione tenet etiā bal. in auē. cōtra rogatus ad fi.
C. ad treb. ⁊ qđ ſemper i qualibet exceptione ſiue ſit excuſſiōis
ſiue ordinis neceſſe ſit ꝙ ſemper opponatur ante litem conte.
tenet no. bar. al's bal. in. l. exceptionē. in vi. col. C. de prob. Dice
bat tñ multum ſignanter bal. in. d. l. ij. C. commu. diui. predicta
eſſe ſane intelligenda cū grano ſalis. ꝙ ꝯtuis iudicium proce
dat non facta excuſſione quando non eſt oppoſita tamē eſt ne
ceſſe actori pendente iudicio vel extēſione facere vel docere de
inopia principalis al's ſuccūberet. ⁊ allegat ad hoc text. in ar.
in. l. in rem. §. fi. ff. de pig. act. quem tex. dicit ad hoc inductum
per Alber. galeoti in ſua margarita in ti. de pig. ⁊ ꝙ iſta excuſ
ſio bonoꝝ poſſit fieri pendente iudicio reuocatoria vltra preal
legata tenet etiam bal. in. l. i. C. de reuocandis his que in frau.
cred. in ver. quero vtrum iſta excuſſio qꝛ ſm eum ſufficit actio
nem verificari in quacunqꝫ parte iudicij per. d. l. ſi rem. §. fi. de
quo etiam per Ang. in. §. ſed neqꝫ. in auē. de fideiuſ. p Ange. et
Jmo. in. l. decem. ibidem. et per Pau. de ca. ff. de verb. obli. per

a ¶ Oppoſitū ⁊ ꝙ tpe debeat opponi exceptio excuſſiōis. vid do. Alex. de imo. in cōſi. xxxij. i. i. col. cū ſe. in. iiij. pte vbi ēt an debeat oppo ni ſpāliter ⁊ qñ oppōi debeat. vide ēt do. mari. ſo zi. iꝯſi. xxiiij. ſupra allegato. vō. iiij. videt probari in. i. pte ⁊ ibidē in vō. qm i mo pōit ꝙ ē ſingulare ſꝫ eū ꝙ ſi agēs poſt litē ꝯteſtatā excuſſionē vel ꝓbationeꝫ de inopia principalis debitoris non fecerit ſuccūbere dꝫ quia litigatuꝫ eſt exercitium agentis.



Lud. roma. i. l. ſtipulatio. §. habet. ff. de no. oper. nun. Dicebat
etiā ad predicta valde no. bal. in. l. cum teſtamento. C. de teſta
mēto manu. ꝙ excuſſio facta pendente iudicio trahitur retro.
⁊ declarat vſqꝫ retro ante litem conteſt. bona debitoris nō fuiſ
ſe ſoluendo. Aduerte etiam in materia iſta excuſſionis ꝙ ſi eſ
ſent plures debitores inſolidum obligati ⁊ ſi plures correi de
bendi ad hoc vt poſſit agi contra bonorum poſſeſſores. nō ſuf
ficit vnū ex eis eſſe excuſſum. ſed requirit ꝙ omnes ſint excuſ
ſi. ita dicit hic eſſe tex. Ang. de are. in. iij. col. qui refert ita tene
re Jaco. bu. ⁊ Ang. in auē. hoc ſi debitor. C. de pig. vbi Ange. di
cit ſe de facto ita conſuluiſſe p. §. ſed neqꝫ i auē. de fideiuſ. Ego
allego pro hac deciſione tex. in terminis cuius nō meminerūt
tāti patres in. l. ij. C. quo quiſqꝫ ordine conueniantur li. xi. quē
tex. dicit ibi bar. ſe ita in queſtione de facto allegaſſe. ⁊ idē etiā
82 tenet bal. in auē. ſed hodie. C. de ac. ⁊ ob. ¶ † Aduertite etiam
ꝙ excuſſio facta per vnum ex creditoribus prodeſt alijs ſcđm
Ang. de are. hic in. x. col. qui allegat ita tenere Ja. de are. ⁊ An
ge. in. d. auē. hoc ſi debitor. qꝛ qñ debitor ſemel fuit excuſſꝰ per
vnum creditorem. ⁊ fuit pronunciatum a iudice eum non eſſe
ſoluēdo iuxta. l. emptorem. in prin. ff. de actio. empt. ⁊ quando
notorium eſt debitorē nō eſſe ſoluendo. non eſt opus excuſſiōe
vt late dixi ſupra in. d. limitatione data ad concluſionem huiꝰ
gl. ¶ Circa quā limitationem aliqualiter dubito. poſſet enim
procedere ſi teneremus ſententiam bar. in. l. ſtipulatio. §. habꝫ
ff. de no. oper. nun. ⁊ eiuſdē Bar. in auē. hoc ſi debitor. in pe. co.
83 C. de pig. ſcꝫ † ꝙ ad hoc vt excuſſio dicatur eſſe legitime facta
requiritur ꝙ iudex interlocutorie pronunciet illam eſſe legiti
a me factam. [a] ſed ſi teneremus opi. tenentium cōtrarium. quos
late refert Ang. hic in. ix. col. prout tenet ipſemet bar. in. l. ſi fi
nita. §. iulianus. in. v. co. ff. de dam. infec. ſ. ꝙ nulla interlocuto
ria ſententia iudicis requiratur tunc comodo per excuſſioneꝫ
vnius creditoris fieret notorium debitorem non eſſe ſoluen
do. maxime cum acta facta in vno iudicio non probent in alio
circa alias perſonas vt late per bar. in. l. cū lite mortua. ff. iud.
84 ſol. cogitate. ¶ † Succeſſiue circa hanc materiam excuſſiōis
tangit hic Ange. de are. in. ix. colū. An quando fit excuſſio bo
noꝝ debitoris citādi ſint illi poſſeſſores in quos facta eſt alie
natio in fraudē de quo hic p eū ⁊ p bar. poſt antiquos in. d. l. de
cē. ff. de ver. obl. ⁊ ita latiſſime p oēs p bal. in. l. i. in. iij. col. C. ne
filius ꝓ pa. ⁊ Ang. in. l. cognitiōe p illū tex. cū ibi no. ff. ad ſil. ⁊
Ang. in. l. ſi pluſorio. §. i. ff. de ap. p bal. Ang. ⁊ Saly. poſt anti
quos in. d. auē. hoc ſi debitor. per Ang. in. §. ſed neqꝫ. in auē. de
fideiuſ. p Ang. in. l. cū filius. in prin. ff. de ver. obl. ⁊ in. l. de vno
quoqꝫ in prin. ff. de re iudi. per Bal. in. l. ij. in. v. col. C. qñ fiſcus
vel priua. ⁊. in. l. i. in. x. colum. C. de conue. fiſci debitoribus lib.

a ¶ Factam vid Frā. are. in. l. exitꝰ. de acq̄. poſ. ⁊ i l. ſi ego. ſi cer. pe. ⁊ do. Pe. phi. cor. iꝯſi. cx. in lrā. a. ⁊ b. i pma pte.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

x.ꝛ in.l.iij.in tertio not.C.de fide inſtru.ꝛ aliquid ꝑ bal.i.l.fi.§.
i.ff.ſi cer.peta.ꝛ in iſtis locis magis cõiter cõcluditur ꝙ ſic qꝛ
tangitꝰ de principali preiudicio excuſſoꝝ. † Tangit etiam ſuc 85
ceſſiue hic ange.de are.an ad hoc vt excuſſio dicatꝰ legitime fa
cta neceſſe ſit ꝙ iudex interlocutorie pronunciet excuſſionē le-
gitime factã.de quo videte late ꝛ difuſe per tres col.hic ꝑ euꝫ
vbi refert omniũ opiniones.ꝛ antiquoꝝ ꝛ etiã nouiſſimoꝝ ꝛ fi
naliter tenet cum Bar.in.d.l.ſtipulatio.§.habet.ꝛ i.d.auc.hoc
ſi debitor pro qua fundanda vltra allegata per bar.ꝛ alios hic
inde ponderat.eſſe caſũ in tex.noſtro. in verbo ex ſnia preſidis
qui tex.mihi facit minus nihilo. nec vllo modo loquitꝰ de ſen-
tentia preſidis circa excuſſionē. ſed dicit ꝙ qñ debitor aliena-
uit bona in frau.cre.debent creditores venire ad poſſeſſionem
bonoꝝ ex ſnia pſidis ꝛ ſi inuenerit bona non ſufficere ꝑmittitꝰ
alienata petere vt hic in tex.ꝛ ſic ad excuſſionē nihil penitꝰ fa-
cit.allegatur etiã bar.ſibi cõtrarius.vt ſupra retuli i.d.l.iulia-
nꝰ in.vi.col.ꝛ vltra remiſſiones ad hunc articulũ.quas habe-
tis abũde per Ange.hic videatis etiã bal.in auc. ſed hodie.C.
de ac.ꝛ ob.ꝛ diuo Ange.vbi multũ clare.ꝛ no.loquitur in.§.i.i
auc.de fideiuſ.ꝛ imo.in.d.l.decem.ff.de verb.obl.alia habetis
hic per eũ. ¶ † Ultimo ad cõplementũ pſentis materie tãgit 86
hic Ange.de are.circa ſextã columnam qualiter fiat iſta excuſ
ſio ſiue que ſit forma huius excuſſionis.[a] ꝛ refert bar.poſt Ja. a
de are.ex multis formis illã ponentē:qꝺ iudex mittat vnũ nũ-
ciũ publicũ vel qꝺ tutius eſt duos nuncios publicos ad dili-
genter querendũ ꝛ inueſtigandũ.an bona debitoꝝ ſufficiant:
quoꝝ nuncioꝝ relationibus fides preſtabit iuxta.l.magis pu
to.§.ne tñ.ff.de rebus coꝝ. Aliam excuſſionis formã habetis
per Bart.et ibidem per omnes in.l.a diuo pio.§.in venditione
per glo.no.ibi i verbo bene eſt.ff. de re iudi.qꝺ ſtatuitur termi
nus per iudicē ad bona notificãda:quo elapſo ſi nihil vltra fue
rit notificatũ dicentur bona excuſſa.Quãplures alias formas
excutiendi vltra predictas ponit bal.i.d.auc.ſꝫ hodie.C.de ac.
ꝛ ob.inter quas illa eſt ꝙ excuſſio põt fieri per famã. itē ꝛ ꝑ rei
euidētiã cũ vēditor vadit mendicãdo.Alios nõnullos modos
retuli vobis ſupra i prima limitatione.quã dedi ad concluſio-
nē pñtis gl.Sed inter oēs formas vnã nõ omitto que eſt valde
ſingularis ꝛ peregrina quã dat Ang.in.d.§.i venditiōe per il
lam glo,in verbo bene eſt quam habet ad hoc pro multum ſin
gulari.ſ. ꝙ agentes dicant tot eſſe i bonis debitoris ꝛ nõ plus
quo caſu ſi poſſeſſores velit dicere ꝙ debitor plura bona habe-
at.ſtatuet eis iudex terminũ ĩfra quē probabũt ꝙ debitor plu
ra bona habeat.ꝛ ſi nihil probauerit elapſo termino procedet
intentio actoris.quam formam approbat etiã imol.in.d.§.in
venditione.ꝛ ſꝫm quod hic refert Ange.de are.idē tenet etiam

a ¶ Excuſſionis.vid late Jac.de are.i ſuo tract.diſcul.x. quõ et qualiter ꝛ qñ.dicatꝰ eſſe facta excuſſio ad hoc vt agi poſſit cõtra fideiuſſorē ꝛ.vide do.alex.in cõſi.xliij.i.i.col.in.ij.parte.



ipſe Ange.in.d.auc.hoc ſi debitor.C.de pig.ꝛ per iſta ſit expedi
ta hec vtilis ꝛ quotidiana materia excuſſionis quã bene nota
te quia frequens eſt in practica ꝛ multũ bene confert ad mate
riam auctentice preſente.C.de fideiuſ.ad quã aut. poteſtis ac
commodare nonnullas ex limitationibus.ſ.relatis. ¶ Glo.in
verbo permittitur ad fi.vt itelligatis. quod dicit glo. dũ dicit
ꝙ de eis que peruenerint perpetuo tenetur per.l.ait pretor.§.
hec actio.dicite ꝙ q̃uis in tex.illo apponantur varij itellectꝰ
per glo.ille tñ approbatur per bar.quē hoc exemplo declarat.
Pone ꝙ res valoris ducentum alienata ſit per debitorē pro cē
tum q̃uis ille i quem facta eſt alienatio dicatꝰ habere rē apud
ſe valoris ducentum.tamen in effectu nõ habet niſi centũ.cuꝫ
alia centũ que ſoluit ab eo abſint.de illis ergo cētũ que ad eũ
peruenerunt.ꝛ que habet titulo lucratiuo in perpetuũ datur
actio.de alijs autem infra annũ tñ.ita debetis hãc glo. intel
87 ligere.ꝛ.§.hec actio.in ea allegatũ † Jtem.dum glo.dicit ꝙ i
fra annũ vtilem permittitur agere limitate eã vt procedat in
rebus corporalibus.ſi autem debitor in fraudē liberaſſet aliũ
debitorē ſuum.tunc ad reuocãdum talem liberationem datur
tñ tēpus creditoribus quantum illa actio debitoris duraſſet
l.ait pretor.§.ſi cõditionalis.ff.de his que i frau.cre. item dici
te ſꝫm doc.hic vt Jo.fa.Nico.de nea.ꝛ Ange.de are.ꝙ tale tē-
pus incipit currere creditoribus a tēpore facte excuſſionis vel
a tēpore quo cepit eſſe notorium debitorem non eſſe ſoluendo
quod probant optima ratione.quia ãte excuſſionē factam vel
anteꝗ̃ cepit eſſe notorium debitorem non eſſe ſoluendo. non
poteſt agi per creditores aduerſꝰ poſſeſſores bonorũ.ergo be-
ne ſuccedit regula.ꝙ nõ valenti agere nõ currit tempus vulga
ta.l.i.in fi.C.de anna.excep. ad idē fundandum addit Ang.de
are.hic tex.in.l.in rebus.§.oēs.in verbo.ex quo eis hoc infor
tunium illatũ eſſe claruerit.C.de iure do.glo.tamen alibi in .l.
fi.in verbo ãnum.C.de his que i frau.credit.tenet ꝙ immo tē-
pus incipiat currere a die facte alienatiõis.pro qua gl.ſũt tex.
expreſſi i .l.qui aũt.§.fi.ꝛ.i.l.ait pretor.§. ãnus.ff.que in frau.
cre.Ad quos tex.reſpondebat Jo.fa.hic ꝛ ſimpliciter ſequitur
Ang.ꝙ in illis legibus erat notoriũ debitorem non eſſe ſoluē-
do nimirũ ſi tempus incipit currere a die alienationis que ſo-
lutio iudicio meo multũ vehementer violat tex.illos cogitabi
tis. ¶ Gloſ.magna pe.in verbo petere habet quattuor partes
principales.Jn prima ad declarationē tex.querit qua actione
reuocantur alienata i fraudem.Jn ſecunda per modum queſ
ti opponit cõtra tex. Jn tertia querit vnde oriatur actio reuo
catoria.Jn quarta format aliã queſtionem.ſecunda ibi.ſed q̃-
ro quare.tertia ibi. ſed vñ oritur hec actio.quarta ibi.ſed num
quid habet retentionē.Expediam hanc glo. per partes.Pri-

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ma ergo pars principalis in qua ponitur qua actione reuocā-
tur alienata in fraudē ſubdiuiditur in ſex particulas. In pri-
ma diſputat an actio in factū ⁊ pauliana ſint vna actio vel due
In ſecunda ponit contra quem ⁊ qualiter competat actio pau
liana in factum. In tertia declarat quid ſit fauiana ⁊ cui cōpe
tat ⁊ qualiter. In quarta declarat quid ſit caluiſiana ⁊ cui ſiue
quibus competat. In quinta opponit cōtra id qđ pꝛoxime di-
xerat de fauiana ⁊ ſoluit. In ſexta ponit quam naturam habe
ant faluiana ⁊ caluiſiana. ſecunda ibi ⁊ datur contra accipien
tem. tertia ibi. eſt autem fauiana. quarta ibi. eſt et caluiſiana.
quinta ibi. quidam tamen dicunt contra in eo quod de fauia-
na dictum eſt ſexta ibi. et iſte due imitatur nomen ſuperioris. 88
¶ In eadē gl. ibi ⁊ non reſtituto ei precio habetis ex gloſ. ✝ ꝙ
creditores poſſunt reuocare alienata in eoꝝ fraudem ſine vlla
precij reſtitutione. Circa quam concluſionem diſtingue tamē
vt per Cy. in. l. i. C. de preſcrip. xxx. vel. xl. annoꝝ. ⁊ in. l. pe. ad fi.
C. ad. l. iuliam maie. ⁊ in. l. pe. C. de bo. dam. ⁊ per bar. in. l. ſi de-
bitor. hic allegata in gl. ff. que in frau. cred. ⁊ per Bal. in. l. fi. §.
emptor. C. communia de leg. ⁊ imo. in. l. poſt contractū. ff. de do
na. vbi aliqualiter reprehendit Bar. in. d. l. ſi debitor. ¶ ✝ Li-
mitate tamē dictam concluſionem primo vt non procedat i pa 89
trono ſm qđ dixi in gl. prima magna in verbo in fraudem. cir-
ca prin. ⁊ ibi aſſignaui diuerſitatis rationem. Item limitate ni
ſi precium ipſum extaret: vel illud eſſet in debitoris vtilitatem
conuerſum per. l. ex his hic allegatā in gl. ff. que in frau. cre. et
ibi bar. poſt gl. qui legit illam. l. in. l. ſi debitor. Et ibidē querit
✝ ſi inquiſitor heretice prauitatis reuocauit alienata per he- 90
reticum. an teneaꝛ precium reſtituere.[a] dicite vt ibi per eū. ad a
cuius deciſionē addite bo. tex. in. c. ad audientiam de reb. ecc.
non alie. ⁊ bar. in. l. chyrographis. §. fi. per illū tex. ff. de admi.
tuto. ⁊ Cy. in. l. i. per illum tex. C. de preſcrip. xxx. vel. xl. anno. et
bal. in. l. fi. §. fi. C. cōmunia. de leg. ⁊ ibi etiam querit bal. aliud.
✝. Nunquid ſi hereticus emit ipſa bona ab alio. ⁊ preciū non
ſoluit an inquiſitor heretice prauitatis teneatur illud ſoluere 91
⁊ decidit ꝙ ſic ſi res empta extat per. l. in vēdicatiōe. ff. de acti.
empt. ¶ In eadem glo. ibi quo caſu etiam in carcerem detru-
ditur. vt. ff. eod. l. fi. ſic ergo contra debitorem qui in fraudem
alienauit non datur actio. niſi ita fraudulenter alienauerit vt
res apparere non poſſint. quo caſu vt dicit glo. etiam in carce
rem detruditur ⁊ aduertite diligenter ꝙ in. d. l. fi. §. fi. eſt caſus
peregrinus et ſingularis ad duo et primo ſecundum primum
intellectum glo. ibi quē refert ⁊ approbat Dy. hic ad fi. huius
§. in vlti. q. ✝ nam ſcitis ꝙ ceſſio bonoꝝ facta ꝑ debitorem li-
berat eum ſaltē a carceribus vt ſit in eis ſi eximaꝛ. vel non poſ 92
ſit detrudi. vt eſt text. in. l. C. qui bo. cede. poſſ. tamen ſi debitor

a ¶ Reſtitue re. adde Cy. in. l. fi. C. ad l. iuli. maie. et qđ in alienatiōe rei eccleſiaſtice vide Card. in cle. i. xxv. q. de re. eccleſ. non alie.



concluſi in gloſ. in verbo reſciſſa ad finem. impoſſibile eſt ꝙ re-
ſciſſoria poſſit intentari nec habet ibi Bald. pro abſurdo ꝙ li-
bellus procederet ſuper vno. c. et ſuper altero non vt ibi ꝑ eum
et hanc vltimam opinionem videtur tenere Angelus. hic poſt
Salyce. in dicta. l. fi. et reſpondet ad contraria vt hic per eum.
Ego pro opinione Dy. ſupra relata que videtur magis cōmu-
nis. et quam ego teneo ſcilicet ꝙ officium reſciſſorium et actio
reſciſſoria poſſunt ſucceſſiue vel conditionaliter intentari. In
primis reperio ꝙ in contingentia facti. ita conſuluit Pau. de
caſt. in conſilio quod eſt in ordine quinquageſimum quod eſt
in fine illius conſilij. et in conſilio. ccxiiij. etiam ad finem. motꝰ
per textum. qui tamen parum aut nihil facit in. l. ſi ſine herede
§. interpoſitio. ff. de adminiſtratio. tut. de hac queſtiōe vide la
te domi. Abba. Panor. in. c. tam ex litteris in penul. i. et vltima
colū. de in integ. reſtitu. vbi diſtinguit vt ibi per eum. Pro hac
etiam opinione facit glo. quam etiam allegat Dy. in. l. qui de
inofficioſo. §. i. in verbo exercere. quam ibi tenet Bartol. ff. de
87 inoffi. teſtamen. ✝ vbi querela inofficioſi teſtamenti et petitio
hereditatis poſſunt ſucceſſiue intentari. et tamen conſtat ꝙ pe
titio hereditatis nō eſt orta niſi prius rupto teſtamento. et ꝑ
hoc non obſtat argu. Bald. vbi ſupra. Pro hac etiam opinione
bene facit forma libelli quam in ſimili ponit Bartol. poſt gloſ.
in. l. non ab re. C. vnde vi et forma quam in ſimili ponit Barto.
in. l. ſi conſtante. §. quotiens. ad finem. ff. ſoluto matrimo. ⁊ for
ma quam in ſimili ponit Bartol. poſt glo. in. l. ſi cum exceptio-
ne. §. hec autem actio. ff. ꝙ metus cauſa. et forma quam ponit
Barto. in ſimili in autenti. contra que propriam et ibi Bald. ad
fin. C. de non nume. pecu. Et ad iſta accedat vnum quod bene
menti teneatis ꝙ ſingulariter voluit Anto. de butri. in. c. cōſti-
tutus extra de religio. domibus poſt gloſam ibi in verbo iſtau
ratam. vbi voluit ꝙ ſi quis petit rem ſibi reſtitui et ad reſtitu-
tionem illius rei obtinendam erat primo neceſſaria reſciſſio cō
tractus ꝙ petendo reſtitutionem rei. ſatis videtur petere con
tractus reſciſſionem que erat preambula. et per hoc puto non
eſſe dubium de quo in minus ambiguis terminis dubitat Jo.
88 fa. hic. ¶ ✝ An ſi aliquis fuit primo reſtitutus. et poſtea agat
reſciſſoria non facta mentione de reſtitutione an libellus pro-
cedat. Ego puto ꝙ ſic. quia ſi procedit quando non fit mentio
reſtitutionis que etiam non fuit impetrata. quanto magis ꝓ-
cederet quando reſtitutio eſſet impetrata. licet de ea non fieret
mentio. et per iſta habetis expeditum iſtum. §. et hanc ſubtilē
materiam reſciſſorie ſatis bene enucleatam.

## Item ſi quis in fraudem.

Ad euidentiam huius. §. et eiꝰ materie premittite vobis ex mente Jaco. butr. et Nico. de nea

po.hic. ✝ ꝙ aliquando alienatur res in fraudē patroni et de tex
li alienatione loquitur titu.ff.et.C.ſi quid in frau.pa. Aliquan
do alienatur res a patre arrogante in fraudem filij arrogati. ⁊
de iſta habetis tex.in.l.fi.§.fi.ff.ſi quis in frau.patro.de cuius
intellectu videatis omnino Bar.in.l.non vſq.ff.ſi quis a pa=
rēte fue.ma. Aliqn̄ alienat̄ res i fraudē fiſci.vel ante ɔmiſſū cri
mē vl' āte accuſationē vel poſt accuſationē . vel ante ſētētiā vel
poſt ſententiam de iſta habetur in.l.poſt contractum ⁊ ibi abſ
de per Bar.ff.de dona.et idem per alios.et per Bar.in.l.ſi ven
tri.§.eorum.ff.de priui.credi.per Bar.in.l.abſtinēdi.ff.de in in
teg.reſti.per Cy.Bal.⁊ late per Saly.in.l.ſi quis poſt.C.de bo.
proſcrip.per Cy.Bal.et Saly.in auten.ſed iam et ibi aliquid p
Bart.C.de dona.ante nup.per Jaco.but.Bal.et docto.in.l.vxo
ris.C.de dona.inter virum et vxo.per Spe.in ti.de dona §.i.x.
item pone aliquis.et ibi etiam per Jo.an.in addi.per Bal.in.l.
autem.C.de executio.rei iudi. Aliquādo alienatur res a patre
vel a matre in fraudem filiorum.et tunc aut donando et habe
tur in.l.i.C.de inoffi.dona.et ibi per Bar.Bal.et alios traditur
in auten.de inoffi.dona.col.vij.et in.l.ſi liqueat in eo.titu.C.de
inoff.dona.et ibi qn̄ donatio fuit facta vni filiorum vide etiam
in.l.ticio.§.imperator.ff.de leg.ij. Aliquando alienatur res a
patre in fraudem filiorum vendendo et habetur in.l.i.per Cy.
et Bal.C.ſi quid in fraudem pat. et Bart.in.l.ij.in fi.poſt prin.
glo.in eo.ti.C.ſi quid in fraudem pat.per Bart.in.l. hereditari
um.ff.de bo.auc.iudi.poſ.et ibi poſt Dy.ponit cautelā quā pa
ter poteſt fraudare ⁊ priuare filios legitima alienādo bona ſua
2 ex cauſa non lucratiua ✝ et iuxta hec an et quando filij poſſint
reuocare bona in eorum fraudem alienata videte etiam Bar.in
l.non vſq.ff.ſi quis a pa.fue.ma.et Bal.in.d.l.in.viij col.et ibi
per Cy.in.vij.q.C.de inoffi.dona.per Bal.in.l.i.et fi.C.de his q
in frau.credi.per cano.vt per do. Anto.i.c.Ray. extra de teſta.
vbi bonus tex. et hic late per Ang.in antepe.et pe.col. ¶ ✝ Et 3
an ſi pater amiſit oīa bona in ludo poſſint filij illa reuocare vſ
q ad eorum legitimam tanq̄ in fraudem alienata.ponit Bal.in
d.l.i.ad fi.C.ſi quid in frau.pa.et Bal.in rubri.de cōdi. ob tur.
et Imo.in.l.ſi quis cū ſciret.ff.de vſucap.pro emptore. ✝ Et an 4
ſi pater multos habens filios vendit omnia bona ſua diſſipan
do[a] et filij petant ꝙ aſſignetur eis aliqua poſſeſſio patris p eo 5
rū alimentis an talis petitio procedat de iure. videte in termi
nis Bal.in.l.ij.C.ſi quid in frau.pat.et ibi Saly.aliter tenentē
q̄ teneat Bal.et videatis omnino Bal.aliter et forte melius lo
quentem in.l.non pōt.ff.de adopt. Aliquando ⁊ vltimo aliena
tur res per debitorem in fraudem creditorum et iſta eſt propa
materia.§.noſtri tituli.ff.de reuo.his que in frau. creditorum
et de iſta videbimus hic. ¶ Secundo proprius ad materiā hu

a ¶ Diſſipā
do. Add. an
ge.i.l.'et cor
ne.de vulga.
nu̇ ad pater
poſſit aliena
re oīa bona



ius.§.premitte ꝙ aliqn̄ aliquis puta tutor vel debitor vel etiā
creditor alienat rem non ſuā propriā ſed alienā in fraudem.et
ille in quem eſt facta alienatio eſt particeps fraudis. ⁊ tunc nō
habet locū iſte.§.nec titu.de reuo.his que in frau.cre. qr tunc
demū habēt locum qn̄ quis alienat rē ſuā propriā in frau. cre.
5 ✝ iſto ergo caſu cōpetit interdictū fraudatoriū contra eum in
quem facta eſt alienatio de quo interdicto fraudatorio lz titu.
expreſſū nō habeamus tamē de eo habemus tex.no.⁊ ſignan=
dum quem Bar.ibi dicit eſſe ſingularem ⁊ ſe neſcire alibi in.l.
populi debitor.in prin.ff.de ſolu.⁊ ibi videte glo.in verbo iter=
dicto.⁊ Bar.poſt gl.in.l.ſi poſtulantē.in prin.ff.ad trebel. ⁊ gl.
in.l.i.in glo.fi.in ver.iubebit.C.ſi vēdi.pigno.agatur. ⁊ ibi om
6 nino Bar. ✝ qui etiā pōit practicā ⁊ libellū i iſto iterdicto frau
datario.⁊ glo.in.d.l.iij.in verbo inferente.C.de iure fiſci.li.x.⁊
no.Bar.in vlti .colum.vbi etiam dicit de iſto interdicto frau=
datorio eſſe tex.qui ad hoc eſt ſingularis in.d.l.pupilli .in pri.
Aliqn̄ debitor alienat res ſuas pprias in fraudē creditorū. et
tunc proprie habet locum.§.iſte ⁊ titulus de reuo . his que in
frau.cre. Et aduertite ꝙ etiam iſto caſu remediū cōpetens pōt
appellari interdictū fraudatoriū ita eum appellat iuriſcōſult.
7 in.d.l.ſi poſtulante.in prin.⁊ ibi no.declarat bar. ¶ ✝ Ultimo
premitte ꝙ differentia eſt inter alienationē imaginariam et ſi
mulatam ex vna parte ⁊ alienationē veram.ſed factam i frau=
dē ex alia qr alienatio ſimulata et imaginaria eſt ipſo iure nul
la.l.emptor.⁊ ibi gl.i.ff.de aqua plu.arcen.⁊ eſt tex.in.l. nuda.
ff.de contrahen.emp.et adeo eſt nulla ꝙ etiam iuramētum ſu
per ea interpoſitum illam non conualidaret vt eſt glo. in com=
muni reputata ſingularis in.l.emptionē et eſt glo.vnica ad ff.
C.plus va.quod agitur de qua vide Panor. in. c .ad noſtrā de
emp.et ven.et hoc caſu non requiruntur actiones reuocatorie
8 ad reuocandum talem alienationem cum ſit nulla ipo iure. ✝
Et not.ꝙ volens probare actum vel cōtractum ſimulatum ha
bet neceſſe pbare et deducere ſimulationem ex his que geſta
fuerint inter ipſas partes anteq̄ peruenirent ad contractum
quia geſtis poſt contractū non poteſt deduci ſimulatio ita ſin
gulariter. Bal.in.l.i.in vlti.col.in prin.in ver.x.quero . ſi ſerus
et domi. Barto.veronenſis in cautela.clxxi.⁊ de multiplici ſpe
9 cie ſimulationis per eundem i cautela.cccxxviij. ✝ Alienatio
autem que eſt vera.ſed facta in fraudem bene valet et tenet.et
ideo requirunt̄ actiones reuocatorie ⁊ remedia reſcindētia.vt
hic in tex.⁊ videbimus in gl.in verbo petere. Iſtam bene notā
dā ⁊ magiſtralē doctrinā tradit Bar.in.l.poſt contractū in.iij.
10 co.ff.de dona. ✝ Aduertite tn̄ ꝙ illud qđ ſtatī dixi ꝙ alienatio
facta in fraudē valet ⁊ tenet ſed reſcindit̄ per reuocationē. iſtđ
eſt verum et procedit quando alienatio eſſet.facta i fraudē cre

ſua ⁊ pdiceret
in mari i pre
iudiciū filio
rū ⁊ quid de
p̄re vēdēte ⁊
ɔſitēte pciū
recepiſſe an
p̄iudicet fi=
lijs.vid bar.
cepo.in cau.
xxxvi.i fi.⁊ p
eūdē.d.Jai.
may.i.l.ſi ar
rogator i.xx
colūna.ff.de
adop.⁊ ab o.
i.c. q̄uis in
pe.col.i ver.
ex his infert
de reiudica.

Universidad del Rosario | Archivo Histórico

ditorum. et ſic hominis. ſecus eſt ſi eſſet alienatio facta in frau
dem legis quia tunc ipſo iure eſſet nulla. ita eſt tex. quem Bar.
ibi dicit multum ſingularem in. l. ſi libertus in prin. ff. de iure
pa. et idem etiam tenet per illū text. Bal. in. l. i. in prima op. C. ſi
quid in fraudē patro. illum etiam allegat Jo. fab. hic circa fi-
nem penul. col. Et ſi inſtares iſtud videri abſurſum. et ꝯtra om
nes regulas. quia alienatio facta in fraudem hominis valeat
et in fraudem legis ſit ipſo iure nulla. nā videretur dicendū op
poſitum cum vulgatum ſit † ꝙ mitius agitur cum lege ꝙ̄ cum 11
homine [a]. l. celſus. ff. de arbi. Accedat quod dixit glo. in. l. ſi quis a
rem. §. voto in glo. in verbo obligantur. ff. de polli. que dicit † 12
ꝙ mitius agitur cum deo ꝙ̄ cum homine. Reſpondebat Bal.
in. d. l. i. in prima oppoſi. C. ſi quid in frau. patro. ꝙ illud qđ di-
cit mitius agi cū lege ꝙ̄ cū hoīe intelligit cū hoīe. ſ. miniſtro le-
gis qualis eſt iudex vl' arbiter. ſecus eſt in alio priuato homie
quia durius agitur cum priuato homine ꝙ̄ cum lege. Et hui9
ſolutionis reperio aſſignari rationē in. l. amplius nō peti in. ij.
col. ff. rem ra. habe. vbi dicitur ꝙ quando agitur contra homi
nem miniſtrum legis. tunc duo offēduntur ſcilicet lex ꝛ homo
quando autem agitur contra priuatum ſolus homo offēditur
nimirū ergo ſi durius agitur contra hominē miniſtrum legis
ꝙ̄ contra priuatū. Hec tamen ſolutio in infinitis locis reprehē
ditur per Bar. vt per eum in. d. l. amplius non peti. in. ij. col. et
in. d. l. ſi libertas. in prin. in repetitione legis. ſi inſulaꝫ. circa fi
nem prime partis principalis. ff. de verbo obli. quia ſecundum
eum non eſt verum † ꝙ arbiter ſit miniſter legis. qđ patet: qꝛ 13
de iure digeſtorum non oritur actio nec exactio. l. diem profer-
re. §. ſtari. ff. de arbi. notat Bar. in. l. i. C. de arbitris. Item arbi-
ter non habet iuriſditionem ſed notionē. l. ait pretor. in prin. ff.
de regu. iur. Preterea et fortius habemus ꝙ imo durius agit
cum homine miniſtro legis ꝙ̄ cum ipſa lege. patet † qꝛ verbū 14.
peti prolatum a lege intelligitur per ſn̄iam. l. in ſeruitute. §. pe
tijſſe. l. qui cum maiorum. §. accuſaſſe. ff. de bonis libertorū. l.
papi. § meminiſſe. ff. de inoffi. teſtamen. Bal. in. l. ſi quis in ſuo
in prin. C. de inoffi. teſtamen. et tamen prolatum ab homine le
gis miniſtro intelligitur per litis conteſta. d. l. amplius nō pe-
ti. ff. rem ra. habe. vnde ipſe Barto. poſt Dy. in omnibus locis
ſupra allegatis reſpondebat aliter ꝛ multū notabiliter † ꝙ ali 15
quando pena reſpicit actū ſiue annullationem actus et duri9
agitur cum lege ꝙ̄ cum homine qualiſcūꝙ ſit ille homo. et ra
tio eſt qꝛ lex facilius poteſt actum annullare ꝙ̄ homo cū maio
ris ſit potentie. l. non dubium. cum vulg. C. de legi. ꝛ hoc modo
proprie loquitur et procedit. d. l. ſi libertus. in prin. ff. de iur. pa
tro. Aliqn̄ pena non reſpicit annullationē actus ſed venit extri
ſecus. et tunc bene mitius agitur cum lege ꝙ̄ cum homine. et

a ¶ homi-
nem. add. za
ba. in cle. cō
ſtitutionem
§. iſup. i. q.
d elec. ꝛ bar.
plene in. l. ſi
iſulā. de ver
bo obliga.



16 ita proprie loquitur. d. l. celſus cum prealleg. ¶ † Et ſi vultis
cognoſcere qn̄ actus dicatur fieri in fraudē legis et quando in
fraudem hois. videatis Bal. no. declarantē in. l. hac edictali. §.
omni. C. de ſecū. nup. vbi dicit ꝙ qn̄ actus geritur inter prohi-
bitas perſonas dicitur fieri in fraudem legis. l. qui teſtamē. ff.
de proba. Sed quando agitur inter perſonas non prohibitas
ſed fit in preiudiciū tertij tunc actus dicitur geſtus in fraudeꝫ
hominis. l. i. C. ſi quid in frau. pa. Item quādo actus fit ad ex-
cludendam legis prouidentiā vel legis ſtatutum tunc dicitur
